

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breuiarium in psalterio - Cod. Aug. perg. 26

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[Reichenau ?], [9. Jahrh.]

"[...] probati et fidelis inventi spiritalibus his mereamur adiungi concinnentibus. Ipsi gloria et imperium aeterno patre et spiritu sancta et in cuncta saecula saeculorum. amen"

[urn:nbn:de:bsz:31-72799](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-72799)

multos decipiant. sed conligantur et stent.
 Et nobiles eorum in manibus ferreis. Nobiles eorum
 uindictas inter hereticos dicere illos. Iste uir
 doctus est. ille signa facit. Iste daemones eicit.
 Sicut dicitur qui habent gladios accipites. hoc est duo
 rum capitum. et de ueteri & de nouo testamento
 ligat illos magistros. et p[er]pediunt pedes ipsorum
 ne possent currere. Et nobiles eorum in manibus
 ferreis. Ligant non occidunt. non interficiunt
 sed ligant. Vincunt manus et captiuos ducunt
 ad eam. Vinculis ferreis carentes iste non fiunt.
 nisi de testimonio scripturarum. Dum testimonium
 iungo testimonio. sius non rumpantur aeternae.
 non sint simplices. sed inde contextae. sicut alius tri
 plex non rumpitur. hoc autem totum quare fit. Ut
 faciant in eis iudicium conscriptum. Quod est iudi
 cium conscriptum. Ut qui primum negauerant.
 d[omi]n[u]m reuertantur postea post penitentiam iudi
 cium conscriptum. ut captiuos suos saluent. ut
 quos ligauerant. ut quos ad eam duxerant.
 Inecta postea dissoluant. Ut faciant in eis iudi
 cium conscriptum. hoc est ut sic eos iudicent quo
 modo in scripturis scis digestum est. Gloria
 haec est omnibus. scis eius. Uere gloria est. ubi est
 aurum. ubi argentum. ubi gemmae. ubi uesti
 menti s[er]uiciae. Quicumque habet istos gladios. quid
 habet aliud necessarium. Quid dicitur. Glo
 ria haec est omnibus. scis eius. Rogemus d[omi]n[u]m ut hanc
 habeamus gloriam. ut gladium de ore n[ost]ri salua
 toris egrediens armet n[ost]ras manus qui hanc ru
 pheam habet. sicut gladium non timeat. Rem dico
 uobis nouam frequenter gladium s[er]uicius con
 cidit illum. Gladium frequenter euenit. ut
 sicut gladius donec nobis illum gladium. Si enim
 istum timuerimus. illum non accipiemus. Gra
 tias igitur agamus ei qui habet istum gladium
 et benedicamus in secula seculorum. amen.

CL PSALMUS TERTIUS. QUINQUAGESIMA
 RII CONTINET SACRAMENTUM.

Idest quod primum per baptismum et penitentiam
 ad innocentiam nos regeneret bonum secundum post
 iudicium fructum innocentiae comprehendat.
 Tertius expleta diuinae ciuitatis aedificatione
 et consummata omnis sanctorum spem ad aeternam
 gratulationem laudationem qui nos exhor
 tetur. Amen enim

Laudate d[omi]n[u]m in sanctis eius. Quod est post celebratum
 iudicium in aeternitatis gloriae collocauit.
 Laudate eum in firmamentum uirtutis eius. Et quod
 omni firmitate sublata firmamentum. his aeternis
 uirtus inuenerit. Laudate eum in potentatibus eius.
 pro eo quod mostem in mostalitate potentialiter
 consumens. Item mutabilis uitae his tribueret uite
 gloriam. Quam nec oculus uidit. nec auris audiuit.
 nec in cor hominis ascendit. Laudate eum secundum
 multitudinem magnitudinis. Quia multifario ho
 nore distinctas cunctum corporum deputat mansio
 ne. sicut apostolus ait. Ap[osto]l[us] p[ater] meum multae
 mansiones sunt. Laudate eum in sono tubae. In quo
 bellum accidi uicerunt conterente d[omi]no satanani sub
 pedibus eorum. Laudate eum in psalterium & cithara.
 Et quod eis uel de caelo cum legis implere prestite
 rit. uel post mostificata carne quae cithara
 accipitur. In se uiuificauerit. Laudate eum in
 tympano et choro. In tympano quod mostificatum
 corpus sit in mostalitate donatum. In choro quod
 chorus sit angelicis sociatum. Laudate eum in cor
 dis et organo. Quod per ciborum abstinentiam recor
 tis uisceribus. concupiscentiisq[ue] eunctis carnalibus
 digni inuenti sunt regni di. Ad concinnandas di
 uinas laudes. Laudate eum in cymbalis bene sonan
 tibus. Laudate eum in cymbalis bene timientibus.
 Implet haec laus in cymbalis bene sonantibus.
 Exultantibusq[ue] eo quod corruptione carnis san
 guisq[ue] depulsa. Conformati ad imaginem crea
 toris omnem plenitudinem spei completam. sicut
 sol resplendent in regno di patris omnipotentis.
 Omnis sp[iritus] laudet d[omi]n[u]m. In hoc ergo regno non caro
 non sanguis. non corruptio. sed homo iam sp[iritus]alis
 totus effectus in d[omi]n[u]m in sp[iritu] qui sp[iritus] laudare non
 desinat. Qui nobis prestare dignetur. ut in hoc
 seculo factores legis effecti in huius uitae agonae
 probati et fideles inuenti sp[iritus]alibus ditari fruc
 tibus his mereamur adiungi concinnantibus.
 In ipsi gloria & imperium aeterno patre et sp[iritu] s[an]c[t]o
 et in cuncta saecula seculorum. Amen.

EXTRACTATUS PSALMO
 RUM. S[AN]CTI HIERONIMI. P[ATR]IS
 NUMERO. CL.

